ſcendētibus qui ſunt in arbore quarto gradu affinitatis: ⁊ hoc ideo
quia toto gradu cōſanguineitatis attinet predictis ipſa proneptis
ſororis qui ſunt in arbore. Ideo dixi: q: ſi pnepos fratris haberet
filiū: ille excederet lineam equalitatis: ⁊ ſic attinet quinto gradu ſm
regulas traditas in arbore cōſanguineitatis. ¶ Additio. Verū
vt minus induſtrioſis poſſint ꝯuenientius gradus affinitatis aſſig
nari. Et pſone cum quibus cōtracta eſt affinitas propter carnalē co-
pulam viri ⁊ mulieris Nota ſequentē arborem.

¶ Attamē ne tm̄modo doctis ſed ⁊ ipſis laicis detur
modus facillimus quas mulieres vitare debeāt ratio-
ne affinitatis. Notentur ſequentes richmi.

¶ Heyrat yn kain geſchlecht zwir. Nym auch kaine frawen dir.
Vor hin auß geſchlecht deinen. Hat auch gehabt ainē. Gefatter-
ſchafft vnd weltlichs frewndt rechten. Dein geſchlecht aygen ſol
du vermeyden. Zu andern frawen magſt du dan frey heyraten.

¶ Expoſitio vocabulorꝫ Affines ſignificantiū.

¶ Socer pater ſponſi aut ſponſe. Socrus mater ſponſi aut ſponſe.
Gener maritus filie. Nurus vxor filij. Sororius maritus ſororis
aut cōſanguinee. Glos vxor fratris aut conſanguinei.


Agnati et cognati sposi Agnate z cognate spose
Abauus
Patrui filius Nepos Pronepos
Patruus filius Nepos Pronepos
Proauus
Patruus magnus prior sobrinus filius Nepos
Auunculus magnus prior sobrinus filius Nepos
Auus
Patruus frater patruelis Amitinus filius Nepos
Auunculus Consobrinus filius Nepos
Pater sponsi
Abauia
Amita filia Neptis proneptis
Matertera filia Neptis proneptis
Proauia
Amita magna prior sobrina filia Neptis
Matertera magna prior sobrina filia Neptis
Auia
Amita Soror patruelis Amitina filia Neptis
Matertera Consobrina filia Neptis
Mater sponse
Maritus
Frater filius Nepos pronepos
Con iuge
Uxor
Soror filia Neptis proneptis
filius Nepos pronepos Abnepos
filia Neptis proneptis Abneptis

¶ Post hoc notandum: ꝙ iſtud preciſe nõ ſequitur. Ego ⁊ tu ſumus affines: ergo et filius quem procreo eſt tibi affinis: nam interdum filius meus mutat genus attinentie: quia ego ſum tibi affinis: et ipſe conſanguineus: interdum nil attinet tibi: interdum mutat gradum: interdum nec mutat genus nec gradum. Exemplũ: ſi ego ⁊ tu affines ſumus per appoſitionẽ mei: quia ego contraxi cum conſanguinea tua. ſi ex dicta conſanguinea tua filium procreo ille eſt tibi conſanguineus non affinis: ⁊ ſic mutat genus attinentie. Sed ſi ego maritus conſanguinee tue: ex alia muliere filium procreo: ille nec eſt tibi conſanguineus nec affinis. Si vero tu conſanguineus vxoris mee filium procreas: filius ille non mutat genus attinentie. quia tu pater es mihi affinis ⁊ ipſe affinis. Sed ſi tu ⁊ vxor mea eratis in equali linea vel in inequali: ſed tu eras remotior: puta quia tu eras in tertio: ipſa in ſecundo vel primo: tunc ipſe filius mutat gradum: quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis: ⁊ ipſe ĩ quarto. Si vero tu ⁊ vxor mea eratis conſanguinei in linea inequali: ſed vxor erat remotior: vt quia in tertio gradu: et tu in ſecundo: tunc filius tuus nec mutat genus nec graduꝫ: quia tu mihi affinis ⁊ ipſe affinis. tu in tertio et ipſe in tertio gradu. ¶ Item nota: ꝙ illud etiam non ſequitur. Ego ⁊ tu ſumus affines: et ego non poſſum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam: quia ſi haberem conſanguineam tuam in vxorem: tu bene poſſes contrahere cum filia mea quã habui ex alia muliere: quia affinitas non contrahitur inter conſanguineos viri et conſanguineos mulieris: ſed inter virum et conſanguineos mulieris: ⁊ inter mulierem ⁊ cõſanguineos viri: vt dixi ſupra: ⁊ probatur de cõſanguinitate ⁊ affinitate. c. ꝙ ſuper his. Sed ego non poſſem contrahere cum filia tua: niſi forſan illa excederet quartum gradũ: vt quia eſſet in quinto: et eſt ſimile ſcd̃m quod dixi ſupra in proxima arbore circa finem. ¶ Nunc querit. An affinitas

n ¶ An liceat diuerſis tēporibus vnū habere in vxores: eas mulieres ꝙ fuerunt vxores duoꝝ fratrū. ⁊c.) Jo. An. hanc q̄ſtionem mouet ⁊ nō ſoluit. Jdeo dicendū eſt ꝙ hoc pōt fieri quia tales mulieres ſunt in ſecūdo genere affinitatis ⁊ in ꝓmo gradu: ꝓ quo ſcias ſm Alex. de neuo i dic. c. nō debet: ꝙ qn̄qꝫ affinitas cauſaꝫ ex vna copula: qn̄qꝫ ex duplici copula ꝯtrahiꝫ vt in vxoribus duoꝝ fratrū. Jlle eni vxores ſibi ſūt affines in ſecūdo genere ex copula vtriuſqꝫ. Nā frater mariti eſt vxori eius in ꝓmo genere affinitatis: vxor erga ſua cum ſit iūcta primo generi affinitatis inducit ſecundū genus qđ eſt notandū: verbi gratia. Ego ſum iuxta reglas poſitas ſupra: vxoris fratris mei in primo gradu affinitatis ⁊ in ꝓmo genere. Si nūc ego duxero vxorem: tūc ꝑſona addita ꝑſone per carnalem copulā mutat genus. Jdeo vxor mea eſt vxori fratris mei in ſecūdo genere affinitatis: ad quod hodie ſe non extendit prohibitio ſepe al. c. non debet. Et mulieres duorū fratrum dicuntur cognate improprie vt in. c. quod aūt. xxxv. q. v. vbi dī ꝙ vxor fratris fratriſſa potius q̄ꝫ cognata vocaꝫ. Et vxores duoꝝ fratꝝ proprie ianitrices vocanꝫ: quaſi eandem ianuam intrantes dic. c. quod autē.

inter, aſcendētes ⁊ deſcendētes habeat ꝑpetuam prohibitionem an extendaꝫ tantum vſqꝫ ad quartum gradum. Et ſi teneremus opinionē Goff. de qua dixi in arbore proxima ſupra circa medium: diceremus ꝙ vſqꝫ ad quartum gradum tandum. Sed tenendo contrariā opinionē diceremus ꝙ prohibitio ſit perpetua. Dicit enim tex. ꝙ ita abſtinere debemus a conſanguineis vxoris ſicut a proprijs ſupra de conſanguinitate et affinitate. c. primo. xxxv. q. iij. de propinquis ⁊. c. equaliter: et c. nulli. Si ergo inter cōſanguineos aſcendentes et deſcendentes prohibitio extenditur in infinitum ergo et inter affines. Ad idem inſti. de nup. §. affinitatis. Et dicet lex ꝙ tales affines aſcendentes ⁊ deſcendentes habentur loco parentum ⁊ liberorum. ff. de grad. l. Non facile. §. et retro in fi. Eodē modo formari poſſet queſtio de affinibus quoꝝ vnus eſt in primo gradu: alter in quinto: ſicut in cōſanguineis dixi ſupra in ꝓxima arbore in fi. Anⁿ aūt liceat diuerſis tēporibus in vxores duas cognatas habere. ſ. vxores duoꝝ fratrum. Et an cōiuncti olim in gradu ꝓhibitio hodie ꝑmiſſo ſimul remanere poſſent: de hoc vide quod notaꝫ

o ¶ Ultimo queritur ad vtrãq̃ arborem. ⁊c.) Et ibi. Demum ius poſitiuum. ⁊c. Notandũ eſt ſecundum Ab. in.c.gaudemus de diuor. Qꝛ ſecũdus gradus in linea inequali eſt prohibitus de iure diuino. Exemplũ in patruo ⁊ in nepte. Nam iſte prohibẽtur cõtrahere lege diuina vt in glo.dic.c.gaudemus. Sed ſecundus gradus in linea equali eſt prohibitus ſecundum legem canonicam. Exemplum vt in duoꝝ fratrum filijs: de hac tamen materia vide ad ſaturitatem glo. ⁊ docto. in.c.litteras in verbo diuina lege de reſtitu.ſpolio.

ſupra.c.de conſanguinitate ⁊ affinitate.c.Non debet. Ultimo° queritur ad vtramq̃ arborem: an prohibitio conſanguineorum vel affinium cõmũgendorum procedat ex prohibitiõe diuina vel humana. Et quare facta fuerit hec prohibitio: breuiter ſcias ꝙ olim propter neceſſitatem frater neceſſario habuit cum ſorore contrahere ⁊ conſanguinei cum conſanguineis: vnde tunc in collateralibus non erat prohibitio hoc fuit a principio generis humani in filijs ⁊ nepotibus Ade. Hoc etiam fuit poſt diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico vero ſparſim videlicet. xviij. xx. xxvij. capitulis prohibite fuerunt duodecim perſone: q̃s vide circa notata de reſti.ſpo.c.litteras: et de diuor.ca.gaudemus. ¶ Demum ius poſitiuũ canonicum prohibuit conſanguineos ⁊ affines primi generis coniungi in ſeptimo gradu ⁊ citeriori que prohibitio poſtea vſq̃ hodie ad quartũ gra-

¶ Circa predicta queritur. Quando ⁊ per quem poſſit diſpẽſari ſuper cõtractu matrimoniali. Et ſoluendo dicamus ſub diſtinctione. Aut enim loquimur de matrimonio cõtracto dirimendo. Aut loquimur de matrimonio cõtrahendo in gradu alias prohibito. In primo caſu diſtingue. Aut loquimur de matrimonio contracto: per verba de futuro, ⁊ ſic de ſponſalibus. Et in hoc caſu poteſt indiſtincte diſpenſari quia hoc ſolo diſſenſu contrahentium diſſoluitur in.c. Preterea de ſponſa. Papa enim indiſtincte hoc caſu diſpenſare poteſt etiam ſi non aſſit conſenſus partium. Inferior autem vt epiſcopus non poteſt niſi aſſit conſenſus ambarum partiũ. Aut enim loquimur de matrimonio contracto per verba de preſenti. Et tunc aut de conſumato per carnalem copulam ⁊ non poterit contra illud diſpenſari etiam per papam: quia coniuges facti ſunt vna caro. Et quos deus coniunxit homo non ſeparat. Math. xix. ⁊ in.c.quanto de tranſla.epiſ.cum ſimil. Quamq̃ enim de iure communi matrimonium copula carnali conſumatum diſſoluitur inter infideles: ſi alter ad fidem conuerſus fuerit ⁊ alter eum ſequi noluerit quia q̃uis eſt verum matrimonium inter infideles: non eſt tamen ratum ⁊ firmum: vt in.c.quanto de diuor. quia poteſt diſſolui inter infideles. Si

dum eſt reſtricta: ſupra eo. ti. non debet. Reuocatis etiam quibuſdā alijs prohibitionibus: vt ibi patet. Reuocatio vero fuit ex cauſa que ibi ponitur: ⁊ ſupra de teſti. c. licet ex quadam. per quod patet: ꝙ prohibitio partim procedit ex iure diuino: ⁊ partim ex poſitiuo: vnde in ſecundo gradu ęqualis lineę collaterales contrahere poſſunt iure diuino: ſed non poſitiuo. Ratio vero prohibitionis ſumitur ex. xxxv. q. j. §. j. c. ij. Fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam ſi liceret cōtrahere cum ſorore: idem eſſet pater ⁊ ſocer. mater ⁊ ſocrus. vir ⁊ frater. ⁊c. Sed ſi alium habeo patrem. alium ſocerum. numeroſius charitas ſe protendit. In qua vniuerſi fideles: ⁊ preſertim ſtudentes continuo perſeuerent. Per gratiam eius qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

autem eſſet verum ⁊ ratum tunc diſſolui non poſſet. Aut loquimur de matrimonio non conſumato per carnalem copulā. Et poteſt papa diſpenſare magna cauſa concurrente ſecundum cōmunem opinionem docto. in. c. fi. de trāſac. Et illud non poteſt diſſolui niſi per ingreſſum religionis vt in. c. Ex publico ⁊ in. c. verum de conuerſio. coniug. Nam non diſſoluitur per ſuſceptionem ſacri ordinis. vt in. c. vnico de voto. lib. vi. Ratio autem quare matrimonium non conſumatū carnali copula diſſoluit per ingreſſum religionis ⁊ conſumatum non eſt: quia coniuges in matrimonio conſumato per carnis copulam ſunt facti vna caro ⁊ ſi tales ſepararentur fieret iniuria nō ſolum deo ſed etiam homini: quia ex diuina lege in vxoris vel mariti corpore ius eſt queſitum in re. Sed ius queſitū matrimonij in re: papa nō poteſt tollere vt dicunt ⁊ tenent cōmuniter doct. in. c. que in eccleſiarum de conſtitu. vel aliter poteſt dici quia in matrimonio conſumato per carnalem copulam eſt vinculū ſacramentale: per quod deſignatur conformitas que eſt inter chriſtū ⁊ eccleſiam. Uel deſignatur vnio que eſt inter diuinam ⁊ humanam naturam que omnino iſeparabilis ē. Et ideo ſicut ſignatum non poteſt ſeparari ſic nec ſignificans: ad hoc. c. debitum de biga. In ſecundo caſu principali cum loquimur de matrimonio contrahendo in gradu alias prohibito. tunc etiam ſubdiſtinguendum eſt. Aut enim loquimur in gradibus lege diuina prohibitis: vt in primo ⁊ in ſecundo: vt in. c. literas de reſtitu. ſpol. ⁊ in glo. Et ibi papa nō poteſt regulariter diſpenſare quia contra ius diuinum non diſpenſat vt in. c. propoſuit de cōceſſi. preben. dicit tamen Jo. An. ⁊ cōmuniter doct. ꝙ papa maxima cauſa cōcurrentie poteſt diſpenſare in ſecundo gradu linee collateralis equalis quia iſte gradus non eſt proprie prohibitus lege diuina puta in filiis duorum fratrum. In ſecundo autem gradu linee collateralis inequalis diſpenſare non poteſt. quia ille gradus prohibitus eſt lege diuina: quia pa-

truus eſt cum filia fratris: hoc eſt cum nepte ſua in ſecundo gradu collateralium in linea inequali. Et tamen prohibetur inter eos matrimonium de iure diuino. Et hoc etiam tenet Ab. in dic. c. gaudemus de diuor. ꝗuis glo. in dic. c. litteras: indiſtincte velit dicere ꝙ papa poſſit diſpenſare in ſecundo gradu collateralium. Sed potius dicamus ꝙ gloſa iſta ſit reſtringenda ſecundū mētem doctorū Sed in aſcendentibus ⁊ deſcendentibus papa non poteſt diſpēſare in infinitum: quia tales habentur loco parentum. l. appellat. one parentum. ⁊. l. liberoꝝ. ff. de verbo. ſigni. Aut loquimur in gradibus humana lege .i. iure poſitiuo. prohibitis. Et poteſt papa in iſtis diſpenſare magna cauſa ſubſiſtente: vtputa in ſecundo gradu linee equalis. In tertio ⁊ vltimo. Et in tertio inequali. Inferior autem a papa etiam ſi eſſet legatus a latere non poteſt. c. ſi. de tranſact. hoc tamen verum niſi haberet ad hoc ſpecialem cōmiſſionem a papa: ſecundum docto.

Sequuntur enigmata.


❡ Additio. Primum enigma. Nam Protheus ⁊ Marcolfus habentes apud ſe duos pueros: a quodam pertranſeunte interrogabant. Cuius ſunt hi duo pueri? At illi dixerūt. Hi ſunt filij noſtri filij vxorum noſtrarum: filij Glocium noſtrarum: ⁊ ſunt inter ſe conſobrini ſecundū legem dei. Vulgariter. Das ſein vnſere kind vnſer geſchweihen ir muetter ſindt. Si ſein geporn auß zwaien ſweſtern/das alles pillichen iſt geſchehen. Nam Protheus ⁊ Marcolfus fratres: contraxerunt cum duabus ſororibus. Sic ꝙ Protheus cum Coca. Marcolfus cum Lelia. Et quidam Protheus genuit ex Coca Julium. Sed Marcolfus ex Lelia Tropū. De quibus duobus pueris facta eſt queſtio premiſſa.



Enigma ſecundum.

¶ Quidam ruſticus nomine Quirinus: ludebat cum quodam puero nomine Quintino. Interrogatus autẽ a quodam cui Quĩtinus attineret. Quirinus reſpondit. Hic eſt filius meus: ⁊ filius ſocrus filij mei frater nurui mee: ⁊ frater filij mei ſecundum legem dei. Ratio iſtius fuit. Nam Quirinus pater ⁊ filius eius Leocippus contraxerunt cum matre ⁊ filia. Quintinus autem genitus eſt ex matre Tabita cuius coniunx fuit Quirinus. Vulgariter dicit Quirinus.

Des knaben ich vater pin. Sein mueter meines ſuns ſchwiger iſt. Mein ſchnuer iſt ſein ſchweſter. Vñ ſolichs alles recht zu get.



℄ Tertiū enigma. Sedebāt due mulieres ſimul q̄rū vna dicebat Titia: alia Lya. Et habebāt in gremijs ſuis duos pueros: videlicet Petrinū ⁊ Paulinū. Aliqui aūt p̄tereūtes querebāt cui illi pueri attinerēt. Quibus matres reſpōdebāt. Hi ſūt filij noſtri ⁊ filij maritoꝝ noſtroꝝ. Filij duaꝝ ſocruū: ⁊ filij duaꝝ nuruū. Filij filioꝝ noſtroꝝ. Fratres viroꝝ noſtroꝝ. Et quilibet eſt alteri⁹ patruus ⁊ nepos: ⁊ tn̄ ex legittimis ſūt ꝓgeniti thoris. vulgariter dicit̄ matrib⁹. Sagt an yr frawen vnuerzait / Wes ſein dye knaben gemayt. Reſpōſio. Soll wir der frag nit ſein vertragē / Unſer ſein dye knaben / Sye ſein kindt vnnſer mannen / Geporen auß zwayen ſchwigern. Zwaier ſchnur ſein ſye kindt / Geporen auß vnſern ſun. Unſer mañ ſein yr prueder / Ainer iſt des andern vetter / wiſſt du prueder kint

enicklen nennen/Auch yn dem ſelibigen geſchlecht ſol du ſye er-
kennen. Welichs doch kumbt von rechter heyrat / Got rat wie es zu gat. ¶ Caſus fuit talis. Mulier nomine Ticia habuit filium nomine Proculum. Fuitqꝫ ei quedam vicina nomina Lya: habens filium nomine Ruben. Dixit autem Ticia ad Lyam. Da mihi filium tuum Ruben in maritu3. Et ego dabo tibi filium meum Proculum in virum. Et factum eſt. Genuit ergo Proculus ex Lya filium nomine Petrinum. Et Ruben genuit ex Ticia filium nomine Paulinum.



Ad Arborem cognationis Spiritualis.

Circa [a] lecturam arboris cognationis ſpiritualis iuxta modum et formam traditionis egregij doctoris Joannis Andree in ſua lectura arboris cõſanguinitatis ⁊ affinitatis conformiter procedẽdo. Primo videndũ eſt quid ſit cognatio ſpiritualis. Secũdo quottuplex ſit: aut quot eius ſpecies ſeu gradus. Tertio vnde ⁊ qualiter cõtrahatur. Quarto quis ſit cuiuſlibet ſpeciei effect⁹. Deinde arbor formabitur. Poſtea ponent notabilia aliqua: ⁊ quedã queſtiones. Et in fine dabit breuis regula ad faciliter inueniendã omnẽ ſpiritualem cognationem: ſine librorũ ⁊ arboris inſpectiõe. ¶ Quo ad p̃mũ dico. Quod [b] cognatio ſpiritualis eſt attinẽtia ſeu proximitas proueniẽs ex ſacramẽti datione/ vel ad id tentione. Sic deſcribit Jo: An. in breui ſumma ſuper quarto decretalium. Siliter ⁊ plures alij doctores ita deſcribũt. ¶ Ad ſecundũ dico/ ꝙ tres ſũt ipſius ſpecies ſeu gradus eius. Prima dicitur compaternitas: que attenditur inter ſpiritualem patrem pueri: ⁊ carnalem patrem. Secunda dicitur paternitas: que attẽditur inter baptiſantẽ ⁊ baptiſatum: ſiue inter illum qui ſuſcipit ⁊ eum qui ſuſcipit: ſiue ſit maſculus vel femina. Tertia dicitur fraternitas: que

a ¶ In hac lectura determinatur de cognatione ſpirituali. Poſtꝗ̃ in precedentibus arboribus determinatum eſt per Joan. An. de cognatione carnali Et ſicut iſta carnalis oritur per natiuitatẽ que cõſiſtit in carne. Ita ſpiritualis per natiuitatem que conſiſtit in ſpiritu. Na per ſacramentum baptiſmatis dicit quis renaſci. Unde dicitur in euangelio Joannis. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto: non poteſt introire in regnum dei. Et iſta cognatio ſpiritualis ad impediendum ⁊ dirimendum matrimonium iam contractum oritur ex duobus ſacramentis tantum: ſcilicet Baptiſmatis ⁊ Cõfirmationis: vt eſt bo. tex. in ca. ſi. de cognatione ſpirituali libro. vi.

b. ¶ Cognatio ſpiritualis eſt attinentia ſeu proxim. ⁊c.) Ab. ſuper Ru. de cognatio. ſpiritua. piguius ſic diffinit. Eſt vinculũ perſonarũ proueniẽs ex eo ꝙ quis aliquem baptiſauit vel con-

firmauit vel baptiſatū leuauit ſeu detinuit in baptiſmo vel in cōfirmatiōe ſeu criſmatione inducens impedimentū cōtrahendi matrimoniū: et dirimēdi iam contractum. c ¶ Ad tertium dic. Ꝙ cōtrahitur cognatio ſpiritualis in tribus. Cathecisſmo Baptiſmo ⁊ Cōfirmatiōe. Eſt aūt Cathecismus illa exhortatio ſeu inſtructio que ſolet fieri ante baptiſmum. Et iſte actus ſolet fieri ante portā eccleſie ꝑ ſacerdotem anteꝗ̄ puer mittitur portari ad eccleſiā ad ſuſcipiendū baptiſmum. Et de tali detentiōe ſic ante portam eccleſie facta non efficitur quis verus compater. Ideoq̄ etiam talis actus tantū impedit matrimoniū cōtrahendū: ſed non dirimit iam contractum. Et quāuis de hoc quondā fuerit dubiū. An per huiuſmodi cathecisſmum contrahatur cognatio ſpiritualis. De hoc ꝑ gloſ. in .c. peruenit. xxx. q. i. vbi glo. arguit pro ⁊ contra. hodie tamē hoc eſt determinatū per .c. ij. de cogna. ſpirituali. li. vj. Dicit enī Oſti. in ſum. in .§. Quot ſunt eius ſpecies eo. ti. Ꝙ valida cognatio ſpiritualis contrahitur tantum per duo ſacramēta: ſcʒ Baptiſmum ⁊ confirmationem que impediunt matrimonium contrahendum ⁊ dirimūt poſt contractum. Eſt enim paptiſmus ianua ⁊ fundamentum omniū ſacramentoꝝ c. veniens de preſb. nō bap. Unde cum cathecisſmus precedat baptiſinum: ſequitur ꝙ nō ſit ſacramētū. ¶ Item ante baptiſmum non eſt quis filius eccleſie. Nec intrare poteſt gloriā eternā. c. firmiſſime: ⁊ .c. nulli de cōſe.

attenditur inter filium tuū ſpiritualem ⁊ filios tuos carnales. Et ad has tres ſpecies omnes ſpirituales ꝓpinquitates reducūtur. ¶ Ad c tertium dic ꝙ contrahitur cognatio ſpiritualis in tribus dumtaxat ſacramentis: cathecisſmo. ſ. baptiſmo et cōfirmatione. Et licet cathecisſmus per ſe non ſit vnum de ſeptem ſacramētis / tamen ad propoſitū ſub baptiſmo cōtinetur. Qui enim cathecisſmū recipit / properat ad baptiſmū. Sed ratio quare in baptiſmo ⁊ cōfirmatione ⁊ nō in alijs ſacramētis contrahit̄ cognatio ſpiritualis eſt quia in baptiſmo quis renaſcitur ⁊ confirmatio in fronte illum cōfirmat de cōſe. diſ. v. c. i. ⁊ .ij. quod nō eſt in alijs ſacramētis. Ex predictis itaq̄ patet qualiter ſpiritualis cognatio ꝯtrahitur. ſ. baptiſando aut confirmando ſuſcipiēdo ſiue lauando quod idem eſt atq̄ tenēdo. ¶ Sed ſciendū ſm̄ Oſti. ⁊ Ray. in ſum. ſua eo. ti. §. ij. ꝙ duplex eſt ſeu dupliciter contrahit̄ cognatio ſpiritualis. Directe et indirecte ſiue oblique. Directa eſt vt ſi ego ſuſcipiam filiū

tuum aut tu meum. Obliqua ſiue indirecta ſeu emergens eſt: vt ſi alter coniugum matrimonio cõſumato: leuet puerum de ſacro fonte: vel teneat ad confirmationem: vbi ambo coniuges erunt compatres parentibus infantis. eo. ti. martinus. Ille autem indirecte qui non ſuſcipit ſed per obliquũ mediante ſcilicet eius coniuge qui directe ſuſcipit contrahit. Quoniam [d] coniuges communicant ſibi actiones: vt. xxx. q. iiij. c. j. ꝛ. c. ſi quis vnꝰ. Si autem filius alterius coniugis tantum leuatur de ſacro fonte: non propter hoc alter cuius nõ erat filius ſit compater leuantis. Unde verſus. Ambos compatres facit actio: paſſio nunquam. Dictum autem eſt ſupra notanter: Matrimonio conſumato: quoniam ſi poſt compaternitatem tecum contractam contraxi cum vxore. vel poſt matrimonium contractum cum vxore anteq̃ tamen matrimonium cõſumaui tecum compaternitatẽ ꝯtraxi: talis vxor non efficit cõmater tecũ. Ratio q: per vnionẽ carnis ſequentem non tranſitur ad vnionẽ ſpiritus p̄cedentem. xxx. q. iiij. poſt vxoris

de cõſe. diſt. iiij. Impedit ergo cathecismus matrimonium contrahendum nõ quia eſſet ſacramentum eccleſie: ſed quia ex hoc forte ſcandalum in certis locis generaretur ſi ſic tenens in cathecismo cum tento contraheret matrimonium. Si enim aliqua conſuetudo eſſet q̃ tales non cõtraherent illa ſeruaret. Alias eſſet conſulendus princeps ſuper iſto caſu quia noui caſus ꝛ dubitabiles per eũ ſunt terminandi ſecundum Hoſt. in dic. §. qualiter al. c. i. ꝛ. ij. de tranſl. epiſ. Que autem ſint ſacramẽta neceſſitatis ꝛ q̃ voluntatis vide. c. i. q. i. §. Notandum eſt ꝛ ibi glo. in c. venienſ de trãſact. que ca numerat. Sunt enim ſacramenta neceſſaria. Baptiſmus: confirmatio: penitentia: vltima vnctio: corpꝰ chriſti. Et dicuntur ſacramenta neceſſitatis quia ſine illis homo ſaluari non poteſt ſi ex contemptu obmitterent ꝛ haberi poſſent. Sacramenta vero voluntatis ſunt illa q̃ obmittere non eſt peccatum que dignitatis ſacramenta dicũtur dic. §. Notandum eſt vt ſunt ordo ſacer ꝛ matrimonium: ſine his ſacramentis poſſumus ſaluari. xvij. q. iiij. §. vltim. ad finem.

d ¶ Quoniam coniuges cõmunicant actiones) Non autem paſſiones. Cuius cauſam vide per textum ꝛ glo. in c. Si quis ex vno. ꝛc. que ſpiritualem cum ſua glo. xxx. q. iiij. Sunt enim coniuges effecti vna caro vt ibi. Et licet per copulam vel coitum fornicarium de iure canonico acquiratur affinitas. non tamen cognatio ſpiritualis quia ad hanc requiritur coitus vxorius etiam licitus ſecundum theologos vt refert Archi. in dic. c. ſi quis ex vno: qui vult in

obitum. Et de hoc in dicto. c. Martinus. ¶ Ad quartum dic. ꝙ effectus cuiuſlibet ſpeciei cognationis ſpiritualis contracte in cathecíſmo qui baptiſmum precedit eſt: ꝙ impedit matrimonium contrahendum: ſed non dirimit poſt contractũ: vt legitur ⁊ notatur eodem tit. contracto. Licet Bernhar. ibidẽ. ⁊ in. c. veniens: dicat ꝙ dirimat ⁊ male: quia ſic hodie determinatũ eſt. eodem tit. c. ij. lib. vi. Effectus autem cuiuſlibet ſpeciei ſpiritualis cognationis contracte in baptiſmo ⁊ confirmatione eſt impedire matrimonium contrahẽdum ⁊ dirimere poſt contractum. xxx. q. ſi quis filiaſtrum. Et eodem tit. c. j. lib. vj. Et hoc eſt impedimentum perpetuum. Durat enim inter quaſcunqꝫ perſonas in quibus fuerit contractum: etiam mortua ea perſona per quam ſeu qua mediante fuit contractum. Quare autem ſecus in cathecíſmo ⁊ ſecus in baptiſmo ⁊ confirmatione: vide eodem tit. c. ij. ⁊. iij. lib. vi. per Joannem Andree. Formatur autem figura ſeu arbor ſic prout infra.

effectu dicere in dic. c. qui ſpiritualem. Or coitus carnalis licitus eſt ſufficiens intelligenti quare actiones cõiugum communicantur. Niſi eſſet malitia ſubtiliſantium qui ſemper querunt rationem rationis. Uxor enim mea in filio quem ex alio nato ſuſcepit: in nullo mecum communicat: ſi ergo quis eũdem teneret in confirmatiõe mihi nõ efficitur compater quia paſſiones cõiugum non cõmunicantur. Etiã poſſet hoc fieri quo ad filium baptiſatum hoc modo maritus alicuius vxoris procreat filium ex ancilla vel alia muliere leuans talem de ſacro fonte fit compater huius mariti ſed nõ vxoris legitime eius quia paſſiones non cõmunicantur. Ideo dicitur cognatio ſpiritualis propter factum alienum non extenditur. Etiam actiones coniugũ in leuãdo conſiſtũt circa corpus: etiã facti ſunt coniuges vna caro. Paſſiones vero conſiſtũt circa animam. Sed non poſſunt coniuges vnum eſſe in anima ſicut ſunt vnum in corpore: ergo actiones cõmunicantur ⁊ non paſſiones ſecundum Archidiaconum in dic. c. qui ſpiritualem.


Arbor cogna cōis ſpūalis
Suſcipiens Baptiſans Confirmās
Filij Suſcipientis Baptiſantis Confirmātis
Uxor prius cognita Suſcipientis Baptiſantis Confirmātis
Nullū impe
Impedimentum primum
Impedimentum ſecundum
Impedimentum tertium
Impedimentum quartū
Impedimentum quintum
Nullū Impe dimentum
Nullū impedimentū
Fres Sorores Suſcepti Baptiſati Confirmati
Parentes Suſcepti Baptiſati Confirmati
Suſceptus Baptiſatus Confirmatus

¶ Scias circa predicta ꝙ ad hoc vt quis efficiatur verus compater: opor-
tet ꝙ leuet infantem de ſacro fonte. Nec eſt neceſſe ꝙ cōpatres ſeu comma-
tres ipſum puerum tempore baptiſmatis tangunt corporaliter. Sed ſufficit
ꝙ paratu accedant ſacrum fontem tangendo lintheum in quo puer iacet dū
baptiſatur ſm Ar-
chi. in. c. fi. xxx. q. iiij
Et tātum vnus de-
bet leuare puerum
de ſacro fonte vel
tenere in confirma
tione: vt in ca. fi. in
prin. de cogna. ſpi-
ri. lib. vi. Et eſt hoc
rationabile quia ſi-
cut vnus eſt pater
pueri carnalis tan-
tum. Sic etiam vnꝰ
debet eſſe ſpiritua-
lis ſm Oſti. in ſum.
§. Quot ſpecies eo-
dem ti. Si tamē plu-
res leuant puerum
de ſacro fonte. Si-
cut fit hic Vienne
omnes efficiuntur
patres baptiſati
vel leuati. Sed nō
inter ſe efficiuntur
tales leuantes cō-
patres ſecundum
Inno. in. c. Marti-
nus. de cog. ſpiri.
⁊ ita communiter
tenēt doctores. Ni-
ſi obſtaret conſue-
tudo aliqua q̄ ob-
ſeruanda eſſet pro-
pter euitare ſcandalum in populo. Et propter eandem cauſam vir ⁊ vxor nō
debent ſimul leuare puerum de ſacro fonte. Debet etiam leuans patrinus do-
cere ⁊ inſtruere puerum baptiſatum in ſimbolo ⁊ oratione dominica que eſt
Pater noſter: ⁊ in alijs que ſunt fidei. Item ſeruare iuſtitiam ⁊ caſtitatem ⁊
huiuſmodi vt in c. vos ante omnia de conſe. diſt. iiij. Hec maxime vera ſunt qñ
parentes infantis eſſent infideles vel eſſent negligentes erga puerum in tali-
bus inſtruendum. Ex quo colligunt docto. ꝙ difficilius eſt eſſe patrem ſpiri-
tualem iudei baptiſati q̄ infantis nati ex chriſtianis parentibus: quod eſt no-
tandum contra patrinos iudeorꝫ baptiſatorꝫ. Et filius ſpiritualis debet dili-
gere patrem ſpiritualem ſicut carnalem vt in c. i. xxx. q. iij. Sed cui potius eſt

¶ Nunc tranſeo ad notabilia. ¶ Notādum pri-
mo ꝙ in cognatione ſpirituali etiam actiue con-
trahenda non eſt differentia in ſexu: vt habes. c.
veniens eo. ti. ¶ Secundo ſciendum circa lineā
in qua ponuntur coniuges: quia ad hoc quod cō-
iuges communicent ſibi actiones requiritur con-
iugium ſiue matrimoniū fore carnali copula pri-
us conſumatum ante contractam compaternita-
tem: prout etiam dictum eſt ſupra in reſponſione
ad tertium: quia per vnionem carnis ſequentem
⁊c̄. vt ibidem. ¶ Tertio notandum: ꝙ non ſolū
filio legittimo non poteſt copulari filia ſpiritualis
ſed neqꝫ illegittimo eo. ti. c. fi. Filio autem adopti-
uo ſpiritualis filia legittima copulatur vt no. In-
no. ⁊ Ioan. An. ſuper rubrica eo. ti. ⁊ Ioan. xxx. q.
iij. in ſumma. ¶ Utrū autem ex concubina acq-
ratur hec ſpiritualis cognatio. gloſa ſecunda. eo.
ti. c. j. li. vi. videtur velle ꝙ ſic. Sed archidyaconꝰ
contrarium ibi plene notat: ⁊ hoc verius videtur.

obediendum ⁊ ſubueniendum: an ſpirituali vel carnali: de hoc per glo. in c. placitum eadem cauſ. ⁊. q. que dicit ſub diſtinctione videlicet in beneficiorum temporalium exhibitione carnali eſt plus ſubueniendum quia de illo dictum eſt: honora patrem. lxxxvi. diſt. c. non ſatis. In exhibitione autem reuerentie plus


Nam contingere poſſet ꝙ vna publica meretrix efficeretur mater ſpiritualis vnius totius cōmunitatis. ¶ Ultimo ⁊ quarto notandum: ꝙ exemplum ſupra poſitum de patre vel matre ſuſcipiente aut leuante: ſimili modo poteſt ⁊ debet poni: ⁊ intelligi de baptiſante ⁊ confirmante quo ad baptiſatum ⁊ confirmatum ⁊ filios ſuos naturales ſi quos habet eo. tit. c. j. lib. vj. ¶ Nunc reſtant alique queſtiones. Et queritur primo. Utrum filij duorum compatrum poſſunt ad inuicem contrahere ſiue copulari matrimonialiter. Reſpondet̃. Si per eos aut eorum alterum parentes ad compaternitatem venerunt: nullo modo poſſunt contrahere. Jmmo quandocunq; agitur de illa ꝑſona per quam ad compaternitatē talē peruenit̃: ſemꝑ matrimonium eſt dirimendū. Sed ſi per quorū neutrū eſt deuentum ad cōpaternitatē poſſunt de

eſt deferendum ſpirituali. c. i. xxx. diſt. ¶ Sciendum etiam eſt circa predicta ꝙ regulariter ſolus ſacerdos habet baptiſare. Unde extra neceſſitatem etiam dyaconus non poteſt baptiſare vt in c. conſtat de conſe. diſt. iiij. Tamē ſi de facto alius ſcilicet non preſbyter tempore neceſſitatis baptiſet valet baptiſmus ſiue ſit laicus maſculus ſiue femina iudeus paganus ſiue hereticus: dū tamen in forma eccleſie baptiſet: ad hoc. c. Ad ſumma. xxx. q. i. Nec debet reiterari baptiſmus ſi forma ſubſtantialis fuerit obſeruata. Hoc eſt ſi laicus baptiſans in mergendo puerum dixerit hec verba. Babtiſo te in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Sed ſuppleri debent per ſacerdotem que fuerunt obmiſſa. Et ſic infans baptiſatus ꝑ laicum obſeruata forma non debet iterum baptiſari. Sed ſi ſuperuixerit infans debent ſuppleri per ſacerdotē ea que fuerunt obmiſſa: puta cathecismus ſalis impoſitio vnctiones que fiunt in pectore ⁊ in fronte cū orationibus ſolitis. Nam talia ſunt de ſolennitate non de eſſentia. de hoc per docto. in. c. i. de bap. ¶ Si autem dubium eſſet an laicus vel mulier tempore neceſſitatis pueri quando inſtabat periculum vite protulerit debite verba ſubſtantialia ad baptiſmum requiſita vel non: hoc caſu debet iterari baptiſmus ſub his verbis. Si baptiſatus es non te baptiſo. Si autem non baptiſatus es. Baptiſo te in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti: de quo in c. ij de baptiſ. ⁊ ibi per docto. Et his patet: ꝙ ad eſſentiam baptiſmi non requirit̃ de neceſſitate leuans ſpecialis: ſed ſufficit ꝙ baptiſans ſit leuans. Et hoc communiter fit tempore


neceſſitatis quando timetur de periculo nati infantis. ¶ Sciſas etiam ꝙ triplex eſt baptiſmus: fluminis: flaminis ⁊ ſanguinis: de quo per glo. in. c. ij. de preſby. non bapti. Et Ab. ibi dicit: ꝙ baptiſmus flaminis .i. ſpiritusſancti inuiſibiliter baptiſat cor interius vt in c. debitū in fi. Et ille prodeſt adultis tantum qui in charitate ⁊ fide chriſtiana deceſſerunt: nō autem prodeſt paruulis cum ipſi non ſentiant Chriſtianam fidem nec charitatem. Baptiſmus autē ſanguinis eſt quando quis occiditur pro fide chriſtiana. Et iſta fides prodeſt tam adultis ꝙ paruulis: ex quo non contempſerūt baptiſmū fluminis. Exemplum in ſanctis Innocētibus. Latro enim in cruce non fuit baptiſatus baptiſmo ſanguinis: quia non pro fide chriſtiana ſed pro ſuo merito fuit crucifixus. Sed fuit baptiſatus baptiſmo flaminis propter fidem quam habuit in chriſto vt in c. fi. de peniten. diſt. ij. Sed baptiſmus fluminis eſt quo quotidie vtimur qñ puer aqua baptiſatur. Et ille prodeſt tam adultis ꝙ paruulis: vt in c. Maiores. ij. reſpon. de baptiſ. Ex hoc infertur ad queſtionē. Et pono ꝙ aliquis baptiſetur in flumine. Nunquid tota aqua fluminis ſit ſacramentum. Et Ab. ſuper Rubri. de bapti. refert Inno. tenere ꝙ non: ſed ſolum illa que tetigit baptiſatum. Et idem dicit quoſdā tenere de aqua que eſt in fontibus eccleſie: vt illa ſola ſit ſacramentū que tetigit corpus baptiſati. Unde ſi in fonte eccleſie non fuit aliquis baptiſatus tunc non eſt ibi ſacramentū baptiſmi. Cum ibi non ſit aliqua anima in qua poſſit ſacramentū habere ſuum ſignificatum. Nam ſacramentū eſt ſacre rei ſignū .i. q. i. c. multi. Et pro hoc fa. alia opinio quam ponit glo. in. c. detrahe. i. q. i. que dicit ꝙ aqua intingens corpus baptiſati immediate incipit eſſe ſacramentum: poſtea deſinit eſſe ſacramentū. Et ſatis videtur iſta opinio probabilis ſm Ab. in dic. al. lo. Ex quo infertur ꝙ bibens talem aquam non biberet ſacramentū. Uide pro hoc ⁊ aliis ho. tex. in c. in ſabbati de conſe. diſt. iiij. Poſſit formari ſimilis dubitatio: an quando mus tāgeret ſacramentū eucharíſtie ⁊ illud ſumeret: an deſinat eſſe ſacramentum: pro hoc vide glo. in c. q biſ non cuſtodierit conſe. diſ. ij. ¶ An aūt angelus poſſit quē baptiſare. Et reſpōdet Egidius de Roma in theorema de hoſtia ꝯſecrata theorem. xxiiij. ꝙ de lege cōmuni angelus hoc facere nō poſſet: poteſtatē enī baptiſandi nō tradidit deus angelis ſed hominibus. Si ergo bonus angelus quē baptiſaret: faceret hoc de ſpeciali mādato dei. Et quantū eſſet de diuina diſpēſatione: fatendū eſſet baptiſatū a beato angelo ſuſcipe fructū baptiſmi. Sūt enī boni angeli in gratia ꝯfirmati ⁊ peccare nō poſſunt. ⁊c.

iure cōmuni contrahere: poſſet tamen certa ⁊ ſpecialis conſuetudo loci: dyoceſis ſeu eccleſię metropolitane obſtare quę ſi non ſeruaretur ſcandalum generaret. Si igitur talis conſuetudo ſit: tūc certe ſeruanda eſt: ſiue ſit in contrahendo ſiue ſeparando: eo. tit. c. j. et c. Super eo. ¶ Secundo queritur. Utrum quis duas commatres ſucceſſiue poſſit habere in vxores? Reſpondetur ꝙ ſic: ſi cōmaternitas matrimonium preceſſit.

Et patet exemplariter in ſequenti figura. Nam katherina vt virgo leuauit barbare filiam nomine Eſam ex baptiſmo. Petrus autẽ duxit katherinam in vxorẽ: ⁊ anteq̃ traduceret eam mortua eſt in virginitate. Et quia Barbara vidua erat licuit ei ducere barbaram. Nunq̃ enim fuerat cõpater ſimul cũ ipſa katherina ipſi⁹ barbare.



¶ Si autem ipſa cõmaternitas ſequitur matrimoniũ conſumatũ: dicendũ tunc eſt. Si alia mulier filiũ vxoris tuę quẽ de alio viro ſuſceperat leuauerit de baptiſmo. iſta eſt cõmater vxoris tuę: tibi autẽ nõ eſt cõmater: q꞉ ꝯiuges nõ cõmunicãt ſibi paſſiões: vñ poſt mortẽ vxoris tuę tu illã eius cõmatrã etiã poteris habere vxorẽ. De hoc Ray. ⁊ Hoſti. eo. ti. §. fi. in prin. ¶ Exẽpli gratia. Barbara leuauit katherine: vxori petri: filiũ petrinũ ex ſacro fonte. Mortuo autẽ petro. katherina deſponſatur paulo. Tandem etiã defuncta katherina: paulus licite recipit in vxorem barbaram cõmatrẽ vxoris ſue prioris: que tamẽ cõmaternitas ſubſecuta eſt matrimoniũ vtriuſq̃ tã katherine q̃ Barbare. Nam ⁊ barbara in matrimonio fuerat.



¶ Et nota q cognatio ſpiritualis tantũmodo oritur in duobus ſacramentis: videlicet baptiſmo ꝛ confirmatione. Cuius ratio eſt: q ſicut eſt duplex generatio carnalis vna in vtero alia ex vtero. Ita duplex eſt generatio ſpiritualis vna in baptiſmo vbi homo naſcit: quaſi in vtero eccleſie. Alia in confirmatione vbi homo quaſi ex vtero naſcitur. Nam recipit gratiã nõ tantũmodo ad eſſe ſpirituale: ſed quo ad robur confitendi chriſtum publice. Et quia in generatione carnali homo debet habere parentes: ideo in generatione ſpirituali debet habere patrinos. Ex his patet: q filij carnales ſacerdotis non poſſunt contrahere cum aliqua earum quas pater baptiſauit: vt habetur a doct. de cognatione ſpirituali. lib. vj. Iterum patet: q q̃uis confeſſor dicatur pater ſpiritualis ratione doctrine. Non tamen eſt pater ſpiritualis generationis. Unde nulla cognatio ſpiritualis contrahitur inter ipſum ꝛ confeſſum. ¶ Nũc vltio danda eſt regula vnica ad omnes ſpecies ſpũalis cognationis faciliter inueniendas. Et primo ſcias: q licet doctores in iſta materia

❡ Sciaſ etiā ꝙ pater carnalis non debet proprios pueros de ſacro fonte leuare aut baptiſare vel in confirmatione tenere: niſi tẽpore neceſſitatis inſtante: quia alius debet eſſe pater ſpūalis ⁊ alius carnalis vt charitas ſe latius extẽdat: vt in c. cū agitur. xxxv. q. i. ❡ An aūt pater in neceſſitate poſſit fi-

cōmuniter viginti caſus ponant: tamen volo hos oēs ad quinqꝫ redigere: ⁊ ſub vnica regula q̇nqꝫ mēbri oēs viginti ſufficiēter cōprehēdere. Saluo tñ intellectu mox infra dicẽdo: vt res eo facilior ⁊ breuior fiat. Sit igiť talis regula. Inter leuātē ⁊ leuatū Inter cōiugem leuātis: ītellige priꝰ carnaliter cognitū vel cognito Inter pueros leuantis ⁊ leuatū Inter leuatē ⁊ parētes leuati. Inter cōiugē leuantis: ītellige priꝰ carnaliter cognitum vel cognitam: ⁊ parentes leuati cōtrahitur cognatio ſpiritualis. Et pro pleno intellectu regule hoc ſolum aduerte ꝙ ſicut dictum eſt de leuante ⁊ leuato: ita omnimodo ſimiliter intelligere debes de baptiſante ⁊ baptiſato: confirmante ⁊ confirmato: ac tenēte ad confirmationē ⁊ tēto.

lium cōfirmare in frōte ſicut cum poteſt baptiſare. Et dicendū ꝙ non: q̄a hoc ſolum ad epiſcopum pertinet ꝑ c. de his de conſe. diſt. v. ❡ An autē ſponſalia per verba de futuro cōtracta diſſoluantur ꝑ compaternitatem ſuperuenientem Et dicendū ꝙ ſic: non autem de preſenti: ⁊ ſic matrimoniū per ſequentē cōpaternitatē ſiue cognationem ſpiritualem non diſſoluiť c. ij. ⁊ c. ex litteris: de eo q̄ cog. cōſang. vxoris ſue. ❡ An aūt monachi poſſint baptiſare. Et dicendū ꝙ non prohibenť a baptiſando: ſed a leuando puerū de ſacro fonte: vt in c. oēs quos xxx. q. i. ꝑ glo. Monachus aūt factꝰ cardinalis vel factꝰ epūs vel etiā abbas maior pōt leuare puerū de ſacro fonte: vt notatur in c. i. xviij. q. i. ❡ Scias ex tertio ꝙ hec cognatio ſpiritualis vno mō vocať cōpaternitas. Et hoc eſt ꝑ reſpectum parentū ipſius leuati ⁊ reſpectu leuantis ſeu baptiſantis ⁊ ſic ſunt ſimul parentes ipſius leuati vnus carnalis alter ſpiritualis. Sed reſpectu leuati ſeu baptiſati ⁊ reſpectu leuantis ſeu baptiſantis ⁊ eius vxoris prius cognite. Iſta cognitio ſpiritualis diciť paternitas q̄a leuās leuādo efficiť pater ſpiritualis eius. Sed reſpectu baptiſati ſeu leuati ⁊ reſpectu filioꝝ baptiſantis ſeu leuantis diciť cōfraternitas: de quo ꝑ glo. ſumme. xxx. q. iij. Et ꝑ doc. ſup rubro de cogna. ſpiri. ❡ Scias etiam ꝙ hec cognatio ſpiritualis non tranſit ad nepotes ⁊ vlteriores conſanguineos. Filia enim ſpiritualis mea poteſt contrahere cum filio filij mei ⁊ ſic nepote meo licet non cum filio meo ar. c. i. xxx. q. iij. Et ſufficit ea ſola ratio ſm Inno. quia prohibitum non inuenitur matrimoniū inter tales. Nemo enim nepos ſpiritualis pater vel filiꝰ ſpiritualis appellatur. Ita dicit glo. in c. Ita diligere. xxx. q. iij. Hec eñ cognatio deſcendit de patre in filium: ita notatur in c. i. de cogna. ſpiri. li. vi.

¶ Item ſcias ꝙ frater filiam ſpiritualem leuatam de ſacro fonte per alium fratrem ſuum poteſt ducere in vxorem.

